

9. (Reg. 1853.)

Preceptum Karoli Magni, de cartis perditis.¹⁾

Karolus gratia dei rex Francorum et Longobardorum, ac patritius Romanorum. Notum sit omnibus fidelibus nostris tam presentibus quam et futuris, qualiter ueniens Helmericus abba in presentiam nostram nobis innotuit, eo quod cartę per diuersa loca ecclesię suę sancti Nazarii, perditę fuissent et naufragatę. Et res eorum per diuersa
5 loca habuissent, unde ad presens uestiti essent in regno nostro deo propitio, et ubi-
cumque ad presens uestiti fuissent. Nos^{a)} pro eius petitione tale preceptum ei emi-
simus, atque predecessoribus suis, dum ipsa casa dei uestita fuit ad presens, omnia
et ex omnibus ex nostra auctoritate absque refragatione cuiuscumque, quieto ordine,
quicquid iuste et rationabiliter antea tenuerunt per dationes aut c(om)mutationes, ex
10 nostra auctoritate habeant, et defensare faciant secundum legem, sicut per apertam
cartham usque nunc auctoritas regum defensauit, et denuo confirmauit. Et ut hec
auctoritas firmior habeatur, uel per tempora melius conseruetur, de anulo nostro
subter sigillauimus. Signum Karoli (M.) gloriosissimi regis.^{b)} Giltbertus ad uicem
Radoni recognoui.

778 Dez. 19
784 Febr. 13.²⁾

15 Kap. 10. Non incongruum uidetur quasdam donationes fidelium, qui aput nos et
fama et memoria magis illustres habentur et celebres, regalibus priuilegiis interponere,
maxime, cum nonnullę^{c)} earum per regiam sint auctoritatem roboratę. Ac primum,
prefati comitis Cancronis et uxoris ejus Angilę donationem de uilla *Bisistat*, et silua
ad ipsam pertinente, licet ordine prepostero ponamus.

10. (Reg. 501.)

Donatio Cancronis de Birstat, et termino ipsius siluę.¹⁾

Ego in dei nomine Cancor, et Angila²⁾ coniux mea cogitantes casum humane
fragilitatis, qualiter peccata nostra possimus minuere donante domino, et ad ęterna
gaudia peruenire, ideirco pro animę nostrę remedio ut dominus Jesus Christus^{d)}
ueniam de peccatis nostris tribuere dignetur, donamus, tradimus, uel firmamus ad
5 monasterium sancti Petri quod appellatur Lauresham, seu ad sanctum Nazarium mrem.
qui ibidem in corpore requiescit, uel ad illam congregationem monachorum qui ibidem

a) Der unvermittelte Übergang zu diesem Satze läßt Ausfall mehrerer Worte, vielleicht der Petitiō, vermuten (Mühlbacher).

b) Signumzeile am Rande als Rubrik. — c) Drittes n aus u verbessert.

d) Stets in der Kürzung ihc xpc (Genitiv: ihu xpi).

9] ¹⁾ Drucke: Nach Freher, Script. a. a. O.: Helwich, Antiq., auch in Joannis, Script. Hist. Mog. Sylloge 15. — M. G., Dipl. Kar. I, nr. 151. Regest: Sickel, Acta Kar. II, 45, nr. 101. Mühlbacher, Reg. ²⁾ nr. 266.

²⁾ Nach der Regierungszeit Helmricks 778 Dez. 19 (frühestens) bis 784 Febr. 13.

10] ¹⁾ Drucke: Freher, Orig. Pal. ¹⁾ Anh. 29 = ²⁾ I Anh. 29 = ³⁾ I, 172 = Tolner, Cod. Dipl. Pal. 4 = Helwich, Antiq. 18, auch in Joannis, Script. Hist. Mog. Sylloge 11. Erläuterung: Kieser, Programm Bensheim 1908, 7, wo die ecclesia s. N. der jüngeren Niederlassung bei Lorsch, die pars s. Petri aber der älteren Niederlassung, der Peterskirche Altenmünster s. v. vom Seehof, gleichgesetzt wird. Doch wurde jene erst 774 geweiht (K. 7) und die pars s. Petri muß also eine fremde Kirche, wahrscheinlich die Wormser sein, zu welcher der südlich angrenzende Lamprather Wald gehörte (oder die Heppenheimer Peterskirche?). Vgl. unten nr. 245.

²⁾ Beider Schenkung zum 28. II., als gemeinsamem Todestag, im Totenbuch: Cancuri com. Angile comitisse. Hec uxor filii domne Williswinde s. N. omnem dotem suam in B. tradidit.